



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

15. An quis teneatur eos solos operarios vocare, qui cum moderamine laboris possint operari sine fractione iejunii? Et an quis sine peccato saltem veniali possit conducere operarios hoc pacto, ut eo ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](#)

Quæ hic est citauit in part. i. tract. de ieiunio, resol. 14. etiam si sint robustæ & valide, opus enim illis est cibo refici, non sua ipsarum tantum, sed fetus etiam nutriendi causa. Difficilis est, an in die ieiunij possint comedere carnes? & affirmatiuam sententiam docet Martipus Funes in specnl. mor. part. 3. cap. 2. num. 5. & vbi sic ait. Praeceptum ieiunij contineat triplicem obligationem, primum abstinenti à carnisibus, & iis, quæ ex carnisibus ortum habent laetè, ouis, &c. secundò semel tantum in die comedendi: tertio sumendi cibum non citius, quam paxlo ante meridiem, & nutrices & grauidæ ab his tribus obligationibus ieiunij excusantur. Ita ille.

2. Sed contrariam sententiam, & merito, docet Ludouicus de San Juan in summ. quest. de ieiunio art. 7. difficult. 6. appen. 3. vbi sic aferit. [Ha se de notar que la preñadas las que etian no quedan tñculadas de guardar la calidad de majares quare finales, porque aunque tengan necesidad de mayor cantidad de manjares no tienen necesidad de otra calidad dellos en caso que no se te niesse, resuertaria de alli algun daño a los nñños; porque en este caso se podrá facilmente dispensar con ellas.] Ita ille, & ante illum Villalobos in summa tom. 1. tract. 13. diffic. 4. num. 2. iunio num. 20. & alij.

R E S O L . XII.

An femina grauida ad vincendas carnis tentationes tenet ieiunare cum periculo prolis? Ex p. 1. tract. 9. Resol. 30.

§. 1. **H**ic casus curiosus est, & pauci de illo tractant. Affirmatiuam sententiam docet Fernand. in exam. Theol. moral. p. 4. cap. 12. §. 6. n. 1. vbi sic afferit: [Euentus occurrit memoria à nemine hacētus agitatus; dignus tamen notatu, & explicatu. Patitur mater graues concupiscentia tentationes, ad incontinentiam non solam prouocantes, sed potius cogentes: experientia didicit, nulla vi eas se superuaram, nisi ieiuniorum macie, & debilitate; veruntamen aperite videt, prolem, aut peritoram, aut notabile salutis detrimentum passuram, propter lactis, seu matris virium defectum. Quid igitur? debetne propriam salutem spiritualem, & continentiam antefere prolis saluti corporali? Arbitror, posse, & debere, iuxta charitatis ordinem, qua docimur spiritualia corporalibus anteponere, tum nostra, tum aliena: atque subsequuntur mors, vel debilitas prolis, per accidentis subsequetur.] Ita ille.

2. Contra quem nouissimè insurgit Homobonus de Bonis in exam. Eccles. p. 1. tract. 8. c. 7. q. 17. vbi ita ait: [Non est audiendus Fernandez, qui dicere ausus est, foeminae grauidam, qua carnis stimulis ad incontinentiam lassitudinibus urgetur, teneri, etiam cum prolis, vel fetus discriminé, & extinctione ieiunare, si existimat, se eos non nisi ablinientia macie, & debilitate superuaram: nam, cùm alia remedia, vt orationem, Sacramentorum frequentationem, pia consilia, & alia huiusmodi adhibere possit; non debet tanta iactura ipsam prolem exponere.] Sic Homobonus, & ego.

R E S O L . XIII.

An Pater, aut Dominus teneantur compellere filios, & seruos ad seruanda ieiunia, que frangere volunt? Ex part. 1. tract. 9. Resol. 28.

§. 1. **R**espondet affirmatiuè vir doctus Petrus de Leclima in summ. tom. 1. tract. 27. cap. 2. concl. 6.

2. Sed negatiuam sententiam existimo sustinendam esse. Dico igitur, quod patres, & domini tenentur monere, & curare, lege charitatis, ut subditæ ieiunium seruens; non tamen teneantur illos compellere, aut cogere ad ieiunia seruanda: nam id durum nimis, & rigorosum esset: & ita docet Filliue, tom. 2. tract. 27. p. 2. cap. 6. n. 91. & Vega in summ. tom. 1. cap. 14. cap. 17. [Lo qual (subdit ipse) se ha de entender, quando los tales hijos, criados, y siervos de su casa, y familia no ayuntaren, aunque se lo mande el padre de la familia, antes buscaran a escondidas, o pidiendo a los estranos el almuerzo, y la cena, deuenientes empero negar la cena, aunque digan, que es auaro.] Et ita etiam docuit Rodriguez in summ. tom. 1. cap. 23. concl. 4. n. 8. & Ortiz in sum. cap. 19. mand. 2. cap. 14.

3. Igitur in tali calu paterfamilias tenetur supradictos monere, & corriger; non autem compellere, seu ex domo eiectere: & post hæc scripta inueni hanc sententiam etiam docere Homobonum de Bonis in exam. Eccles. p. 2. tr. 8. cap. 7. q. 21. Comitolum in resps. mor. l. 4. q. 6. Azor. p. 1. lib. 7. cap. 37. q. 12. Natur. cap. 2. n. 26. Tolter. lib. 6. cap. 5. & Reginald. in praxi, tom. 1. q. c.... num. 199. cum aliis.

R E S O L . XIV.

An Dominus compellendo Famulum in die ieiunio ad opus incompatibile ratione laboris cum ieiunio, peccet mortaliter, si illud opus possit commode differri in aliam diem?

Et an quis peccet saltem venialiter, qui operarios condicet, vt canatores, agricultores, mestres, &c. compatio, & conditione vt eo die, quo sua labori incumbunt, non ieiunent? Ex p. 4. tr. 4. & Misc. 6. Resol. 14.

§. 1. **R**espondet affirmatiuè Nauarrus in sum. c. 21. Quod n. 17. Gabriel in 4. diff. 16. q. 3. art. 1. & alij. Ratio est, quia eis impedit obseruatione precepti, ad parati sunt. Idem etiam docet Richardus in 4. diff. 13. quest. 4. art. 3. Palud. ibid. art. 1. & alij.

2. Sed contrariam sententiam docet Sanchez in opus. tom. 2. lib. 5. cap. 1. dub. 9. n. 2. putat enim nec ipsos famulos, nec dominos peccare in hoc, etiam venialiter, quia ipsi famuli potuerunt licet locare operas suas ad inferuendum, prout ipsis inveniuntur fuerit, & ipsi domini possunt illos occupare in talibus laboribus, prout se obulerint, nec tenentur sub presido obseruare, an sit dies ieiunij, sed sit illis confundendum, vt id obseruent quando sine vlo incommode id potest fieri; sic docti iuniores. Hæc Sanchez, & idem Fagudez præc. 4. lib. 1. c. 8. num. 16. docet non peccare, neque venialiter, eos, qui operarios conductant, vt cauatores, agricultores, mestres, &c. cum pacto & conditione vt eo die, quo suo labori incumbunt, non ieiunent, quia operarij non tenentur ieiunare; ergo quamus conductores prædicto pacto illis impedit ieiunium, non impediti implationem præcepit. Secundò, quia minus laborant ieiunando, quam non ieiunando, ergo ne dannum patientur, licet possint apponere tale pactum, & hoc alibi ego etiam docui.

R E S O L . XV.

An quis teneatur eos solos operarios vocare, qui cum moderatione Laboris possint operari sine fractione ieiunij?

Et an quis sine peccato saltem veniali possit conducere operarios hoc pacto, vt eo die, quo sua labori incumbunt, non ieiunent? Ex p. 1. tr. 9. Resol. 13.

§. 1. Affirma

Affirmatim respondebat Tolentus in sum. L.6.c.5.
q.4. art. 1.8. Gabriel. diff. 16. q.3. a.1. not. ab. 4.

1. Sed ego puto, contrariam sententiam veram esse:
& ita obtinuit consuetudo recepta ab omnibus timo-
ratis & religiosis viris, qui non propter ieiunium sub-
traheant seruos de labore, neque operarios dimittunt;
sicut non tenetur dominus eum solum labore seruos
impone, & eos solos operarios vocare, qui cum mo-
derato labore possint ieiunare; sed poterit eundem la-
bores seruos impone, & operarios quo seunque vo-
care, licet ieiunium non sint seruaturi: & ita docet
contra Tolentum Fernandez in exam. Theol. mor. p.2.c.8.
q.14. art. 1.8. Ind. Fagundez Precep. 4.1.1. c.6. num. 16. putar.
poste dominum conducere operarios hoc paecto, ut eo
die, quo suo labore incumbunt, non ieiunent: quia,
cum dicti operarii non tentantur ieiunare, neque ve-
nient peccabit dominus illos cum conditione, ut non
ieiunent, conducendo.

RESOL. XVI.

An excusantur à ieiunio, qui labore aliquo defatigantur,
quamvis illum in altum diem commode differre queant;
& tamen si data opera, ut non ieiunent, hoc agerent?
Ex parte tract. 9. Ref. 5.2.

Non eximi docet Azor. tom. 1. l.7. c.17. q.9. &
alij penes ipsum.
1. Sed contrariam sententiam docent aliqui iuni-
tus. Magistris: quia ius habet iste ad illum laborem sus-
cipendum, v. ad iter agendum, ad ludendum pila, ad
venandum, &c. quo non priuatur ob ieiunium seruan-
dum. Et haec opinio procedit, etiam si in fraude ieiuni-
j id agere nullius negoti causa itinerando; sed solo
desiderio non seruandi ieiunium. Et ita docet Sancius
in sua Selectio, diff. 4.n.14. loquens de ieiunio, & Suarez
de Relig. tom. 1. l.2. c.13. n.6. loquens de observatione
fastorum: nam in tali casu puto, non interuenire pro-
prim fraudem, aut dolum, sed fuga quandam obli-
gationis precepit; quia tamen contra praeceptum non
est; sed bona, vel mala ratione finis, ob quem sit. Vide
etiam Salas, de leg. diff. 14. & El. 5. n.66. & Sanchez in
sum. 1.1. c.12. n.35. & Fagundez Precep. 1. lib. 1.
cap. 7. n.7.

2. Vnde ex his inferit Sancius, ubi sup. n.20. & nos
supra retinimus, liberos esse à lege ieiunij, qui culpa
ita defatigati redduntur, ut ieiunare non valeant, ut
qui defatigatus esset ludo pila, vel ex ratione, aut
tamen illis deditus feminarum commissione: nam ta-
les die, quo praeceptum obligat, impotentes sunt ser-
vare; die vero, quo ludent, nondum aduenit: ergo,
etc. Quod si in fraudem ieiunij se defatigarent, pec-
cato desiderio illo frangendi ieiunium, docent plures:
sed ex doctrina Sancij, & Suarez, ubi supra, contra-
riam dicendum est: nam in tali casu non interuenit
fuga; sed fuga quaedam obligationis, quae non suffi-
cit ad causandum peccatum. Aliud quidem est: desiderare
aliquem frangere praeceptum, quando adest obligatio;
aliud desiderare se tedi impotente ad praeceptum, hoc
cum nihil aliud est, quam optare exculcatione praecepti,
qualecumque intenderat via illicita, non operatur aduer-
sus tale praeceptum, cum non desiderat illud infringere,
quando obligatio; sed modum, quo non obligat, querat.
Et haec opinio mihi non displicet. Secundum Sanctum
Ignatii dicendum est, quod non tenetur ieiunio, qui la-
bore aliquo defatigantur, etiam si id agant in fraudem
ieiunij, quia dum defatigatio acquiritur, non adest ieiuni-
j praeceptum, dum vero iam acquista est impossibili-
tas adest ad ieiunandum. Ergo, etc. Sed his non obstan-
tibus non esse recedendum à prima opinione Azorij.

Tert. IV.

RESOL. XVII.

*An defessus ex labore sumpto ob recreationem, ut ex la-
do pila, vel ob querendam concubinam, teneatur ad ie-
junium?*

*Et an quis si obligatus relinquere iudum pila propter ie-
junij observationem? Ex p.1. tr. 9. Ref. 40.*

S.1. **R**espondent aliqui distinguendo. Vel talis pra-
ecepit, aut praevidere debuit, quod ex illo im-
pedimento, voluntarie à se posito, non valbit ieiuna-
re; & ita peccabit mortaliter in sua causa non ieiunando: vel non praevidit, aut expertus est ex illo impedi-
mento sequi necessitatem non ieiunandi, & in hoc ca-
su non peccabit postea non ieiunando, nec in se, nec in
sua causa; & ita ad hunc casum respondeat Ortiz in sum.
c.19. num. 17. Homobonus de exam. Eccles. p.2. tr. 7. c.7.
q.23. & tract. 9. t.4. q.74. Ioan de la Cruz, in director.
consc. p.1. pracep. 3. art. 4. dub. 9. concl. 3. Rodriq. in sum.
tom. 1. c.33. n.6. & alij.

2. At, his minimè obstantibus, contrariam senten-
tiam docuit Medina in sum. lib. 1. c.14. §. 10. ut notauit
Ledesma in sum. tom. 2. tr. 27. concl. 6. c.2. diff. 1. fol. mili.
699. vbi sic afferit: No peccat el, que pone impedimen-
to al ayuno. Esto encl. Medina en su summa, y po-
ne exemplò en los caminos de apie, aunque tomen
el camino por su passatiempo, los cuales no tienen
obligacion de ayunar llegando fatigados, trabajados y
dice que esto tiene verdad, aunque el camino se hiziese
por ver a su amiga, si despues quedan cansados y
fatigados, el tal peccara contra otro prececto de no for-
nicar, pero no peccara contra el prececto del ayuno, tam-
bién se pueden traer otros ejemplos.] Ita Ledesma, qui
probablemente purat esse hanc opinionem: & paulo post
addit exemplo de ludo pila.

3. Hanc sententiam docet absolutè Filiuicis Me-
dinam sequens 10. 2. tr. 27 p. 2. c.6. n. 123. & Villalobos
in sum. tom. 1. tract. 23. diff. 4. n. 11. vbi ait: Esta encuadado
el, que hauiendo hecho alguna obra, se cansó en ella
por su culpa, de fuerte que no puede ya ayunar, como
si jugó demasiado la pelota, con que no lo ayava hecho
en fraude de la ley, y si lo hizo en fraude de la ley, pe-
có, quando lo hizo; mas ya despues de hecho, no pecca
en deixar de ayunar.]

4. Notandum est etiam, quod Ledesma, ubi sup. putat, Sup. hoc in
talenti non esse obligatum relinquere iudum pila pro-
pter ieiunij observationem: quia iudicium pila non est
medium de ordinatum ad complementum, & obser-
vationem ieiunij, nec Ecclesia obligat ad abstinentiam
a iudicio, ut ieiunio quis vacet: ergo, etc. Licet contra-
rium afferat Villalobos, & alij. Sed circa presentem
questiōnē vide inf. in Ref. 46.

RESOL. XVIII.

*An qui in die ieiunij dat operam ludo pila, venationi, vel
tutib[us] veneris ea intentione, ut factus impotens non
ieiunet, peccet contra praeceptum ieiunij?*

*Et quid si nocte proximata inebrius, & factus impotens
ad ieiunandum, recit iudum officium Diuinum, Missam
audiendam, &c. sequenti die?*

*Et docetur, quod non est eadem ratio de illo, qui descendit
e loco, ubi obligat ieiunium, ad locum ubi non obligat
ex intentione non ieiunandi, ac de illo, qui affinitate
laborum incompatibilem pila, venationis, &c. cum ie-
junio, quod idem est de illo, qui in die festo è proprio
domicilio proficietur ad alium locum, ubi hoc Fe-
stum non obligat, animo, & gratia exercendi ser-
vilia, &c.*

S. 3

Et

Quia hic est
inf. Ref. 19.
& in alio §.
eius 1. nota